

D O M
POSTERITATI QVE
SACRVM.

CONSTRUXIT TIBI, POSTERITAS EXOPTATISSIMA, SOCIETASQVE SEMPITERNA, CYPRIANVS LEOVITIVS A LEONICIA SECVLI NOSTRI FELIX IN EVROPA ALVMNVS, LITERATIQVE ORBIS LONGE AMPLISSIMI MEMBRVM PERPETVVM DIARIAS TABVLAS, QVAS ET EPHEMERIDVM NOMINE TIBI NOTAS REDDIT GRÆCVS SERMO, ANNOR. L. EX FLORENTIS NOSTRI SECVLI FRVCTV PROPECTAS, NOVAS, NVLLA ANTE HOMINVM MEMORIA VISAS, ITEMQVE INAVDITAS: EAS QVIDEM, QVÆ ET EXOPTATISSIMAM COMMODITATEM OMNI HVIC STVDIORVM GENERI SECVM ADFERANT, SIMVL AVTEM IMMENSAM ET ACCVRATISSIMAM SCIENTIÆ DE MOTIVS ÆTHEREORVM CORPORVM PERSPICIENTIAM FIDELISSIMA COMMVNITATE PRODVCANT. CVM VNIVERSO RERVM ALIARVM APPARATV: DVPLICI QVOQVE COMPUTATIONE: TABVLARVM VARIARVM INVENTIONE: COMPENDIOSÆQVE OMNINO IN ISTA DOCTRINA VIÆ: QVA DVM LEVARIS PRECIOSISSIMI TEMPORIS DISPENDIO, VITÆ HVMANÆ SPACIVM, INGENIIQVE ACTIONES, AD ALIA QVQVE ADHIBENDI TIBI FECIT AMPLISSIMAM COPIAM. VNDE QVIDEM, POSTERITAS FELICISSIMA, INEXHAVSTO HOC TE LABORE SVBLEVANDO, DILIGENTI SVA ISTARVM RERVM OMNIVM ADMINISTRATIONE SVSTINENDA, IN TE PLVRIMVM VIDETVR CONTVLISSE. PRO HOC IGVTVR OFFICIO, NE ESSES VNQVAM INGRATA, VTQVE SECVTVROS INPOSTERVM BONOS LABORES, ETIAM AB ALIIS OBLATOS, LIBERALITER BENIGNEQVE EXCIPERES, VOLVIT TE SAMVEL QVICHELBERGVS HVMANITER OBSECRARE, AC LIBERIVS ETIAM ADHORTARI: AD EXTREMVM VERO ÆTERNÆ TE DIVINITATI IN OMNIA ORBI VENTVRA SECVLA PERPETVO COMMENDARE. AVGVSTÆ VINDELICOR. ANNO CHRISTIANÆ SALVTIS M. D. LVI. RECUPERATARVM ET EXTENSARVM LITERARVM IN EVROPA (SVMPTO AB HOC PRÆSENTE CENTENARIO CHRISTIANO EXORDIO) ANNO LVI. CVM LEOVITIVS ÆTATIS ANNVVM AGERET XXXII.